

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. V. Continentia est annexa sacris Ordinibus immediatè ex præcepto
Ecclesiæ; non autem ex voto, nisi in casu particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

capite manifestissime patet, continentiam meliorem & præfendantem esse nuptiis. Neque tam difficile aut raram cum gratia Dei, quām aliqui bene apprehendant: nam omnes ad eam invitat Apostolus dicens v. 7. & 8. Volo omnes vos esse sicut meipsum (scilicet continentis) sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptiis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Nempe intelligebat plurimos esse, qui dominum continentia sine periculo amplecti possent & cùm innocui essent, ita in perpetuum perseverare, ut illis multò melius futurum esset, quām si nubent.

119. Regula Ecclesiastica
nullum voluit admittere ad Ordinem sacram sine obligatione continenciae.

Cum itaque ad Ordines Ecclesiasticos eligeantur, quorum probata vita senectus sit (ut loquitur Trident. sess. 23. de Refor. c. 12.) recte Ecclesia nullum voluit ad eos admittere, sine obligatione perpetua continentia; sicut nullum admittit ad solemnum professionem aliquius Religionis, à Sede Apostolica approbatæ, absque simili obligatione; estò probe noverit difficultatem hujusmodi obligationis, ad quam superdam abundant divina præsidia & salutaria remedia; quibus Clerici & Monachi possunt & solent rigidè servare continentiam cum debita reverentia sacri ministerii & bono aliorum exemplo. Quæ autem particulæ transgressiones hic & nunc pro humana fragilitate continentur, non debebant tantum bonum & publicum bonum impidere.

Nec deterreant quæpiam oblatrations Hereticorum, pleraque pro sua petularia exaggeranum & contingentium, inter cetera contigisse tempore Gregorii primi, ut pro piscibus, quos ex sua piscina capi jusserat, pescatores sex millia capita infantium suffocatorum extraxerint; quod, inquit, cum intellexisset Pontifex, ex occultis fornicationibus Sacerdotum ortum habuisse, revocavit decretum castitatis, & peccatum suum, quod talem legem tulisset, lacrymis & fructibus dignis poenitentie purgavit.

120. Ostendit
fatio alicuius Historie,
quam adducunt contra
Catholicos
Centuriatores Madeburgenses.

Ita Centuriatores Madenburgenses Centur. 9. cap. 10. ex Epist. Uldalrici Episcopi Augustani (qui afflumput fuit ad Episcopatum anno 924. vel, ut Alii, a. 903.) ad Nicol. 1. qui obiit anno 867. Ex quo satis patet confitio illius historiae, ut & ex aliis, quæ prosequitur Belar. lib. 1. de Clericis cap. 22. neque opus est hoc loco referre, cùm res illa ita prodigijs videatur, ut nullo modo sit credibilis.

Similes, dico, historia nequaque nos deterreri debent, sed inducere potius & admonere, ad cautè servandum, quod sponte assumptum est; Vt quis, quæ es aduersa es! (Apostolum auditum ad Tit. 2. v. 8.) vereatur, nini habens malum dicere de nobis. Et, Vt benefacientes (ut verbis D. Petri 1. Epist. c. 2. v. 15.) obmutescere faciat impudentium hominum ignorantiam. Ne propter scandalum eorum, qui diuinis obsequiis

mancipiati sunt, blasphemetur inter impios non men Domini.

Relictis itaque Hæreticis, tamquam impostoribus & inimicis continentia, quam Christus Dominus noster ac magister verbo atque exemplo docuit, revertamur ad Catholicos, qui omnes uno ore laudant & prædicant continentiam tam Clericorum, quām Religiosorum; quānquam inter se disputent, utrum haec continentia annexa sit Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesie, an verò mediante voto ordinatum. Pro resolutione erit

CONCLVSIÖ V.

Continentia est annexa Sacris Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesie; non autem ex voto, nisi in casu particulari.

Suppono, obligationem continentiae duobus modis posuisse esse annexam Ordinibus Sacris; primo modo immediate per præceptum; tuit obligatio quemadmodum annexa est obligatio recitandi horas Canonicas. Secundo modo immediate ex voto (quemadmodum annexatur professioni Ordinibus solemni Religionis) mediante autem ex præcepto Ecclesie, præcipiens tale votum explicitum, aut saltu implicitem seu tacitum.

Est autem differentia inter illos modos, non solum speculativa, sed etiam practica; quippe honestas illius præcepti est specie distincta, ab honestate illius voti; & per consequens, transgressio illius præcepti, est peccatum specie distinctum, à transgressione illius voti. Diversa quoque est ratio dispensandi in illo præcepto, & dispensandi in illo voto. Nam secundum communem sententiam non valet dispensatio in voto sine justa causa; cùm tamen multi doceant, eam valere in proprio præcepto. Hoc supposito

Conclusionem nostram insinuat Doct. Subtilis 4. dist. 37. q. 1. n. 2. ubi querit rationem, cur Ordo facere dirimatur matrimonium contrahendum, & respondetis, ait: Videntur aliquibus, quid propter voto annexum sacro Ordini sed contra: Aut voto istud est sic amexit, quod suscipiens votet: aut est tantum ex præcepto Ecclesie quasi annexum, quia tenetur ita servare, ac si votaret. Primum non; quia nullus votens, votet nullum; sed iste suscipiens Ordinem sacram, explicitè habet in voluntate non continuere; igitur possibile est, quod ipse non votet continentiam.

Si dicas; quod votet in facto, quod facit in suscipiendo Ordinem sacram, quia antiqui Patres Latinæ verunt, & iste suscipit simile signum. Contràs nullus tenetur ex voto ad vatum factum ab alio, maxime si habet votum contrarium. Præterea Orientales suscipiunt idem signum, & tamen sine voluntate confirmant. Ita Scotorum.

Ae

At disputando, non assertendo, ut patet. Neque enim ibi erat principalis quæstio, an ex voto, an ex præcepto Clericus teneretur ad continentiam, sed quo jure Ordo sacer dirimere matrimonium.

123.
Quo iure
Ordo sacer
dirimere
matrimo-
nium, ex
Scoto.

Ad quam proinde n. 4. sic respondet: *Dicitur*; nec propter votum continentia proprie dictum annexum Ordini sacro, nec annexum ex præcepto Ecclesiæ, præcipiens tali non contrahere est, quod ille non potest contrahere (validè) sed ex hoc, quod Ecclesiæ faciat eadem personam simpliciter illegitiman. *Quod statutum* fuit rationabile, sive habitum fuerit a Christo, sive non; quia talis deputatur ministerio sacro, quod requirit iuriditiam mentis & carnis, perspicacitatem intellectus & fervorem affectus, ad qua omnia disponit continentia, & ad eorum opposita frequencia carnis astas.

Nec in hoc debet aliquis dicere, Ecclesiæ fibi prædicare in suo jure; quia Ecclesiæ communiter non cogit aliquem ad suscepit Ordini sacro: & satis publicavit, quia post ealem Ordinem suscepit, suscepit est inhabilis ad contrahendum; igitur voluntariè incurrit ealem inhabilitatem. Ergo hic ex professo non aliud docet Scotus, quam Ordinem sacram jure tantum Ecclesiastico dirimere matrimonium contrahendum, quæ est communis sententia, ut videbimus proprio loco.

124.
An Concl.
nostra effi-
cacter pos-
sunt ab
Aversa ex
Tridentino
s. 24.
can. 9.

Hinc minus efficaciter Aversa q. 4. sect. 7. s. Secundo, probat Conclusionem nostram (quam ipse cum Aliis, quos citat, amplectitur s. Praeferendus tamen) ex Conc. Trident. sect. 2. 4. can. 9, sequentis tenoris: *Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumq. validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto; anathema sit.*

Vbi, inquit Averla, Concilium distinctè nominat legem Ecclesiasticam, & votum; sicut distinctè nominat Clericos in sacris constitutos, & Regulares solemniter professos: nimis referens legem Ecclesiasticam ad Clericos ordinatos, & votum ad Regulares professos. Non ergo per medium voti, sed immediate per legem Ecclesiæ sacris Ordinibus annexa est obligatio continentia. Hæc ille.

125.
Ostenditur
quod illi
ad continentiam

Sed facile respondere possunt Adversarii, Tridentinum ibi locutum, non de simplici tantum continentia sed de continentia, seu obligatione continentia, quæ sit impedimentum dirimens matrimonium, ut patet ex illis verbis; *Contractumq. validum esse; porro quod continetia Clericorum dirimat matrimonium, non habet ex natura sua, quasi omnis obligatio continentia sit impedimentum dirimens, sed ex solo jure Ecclesiastico, ut communiter docent Theologi.*

Obligatio
continentia
Religiosor-
um ex na-
tura rei non
dirimit ma-
trimonium.

Quinimo nec obligatio continentia Religiosorum illum effectum habet ex natura sua, seu præcisè ex vi voti; sed ex sola lege Ecclesiæ ut communior habet sententia, quam sequitur Aversa de Matr. q. 15. sect. 1. s. Sed dicendum

nihilominus. Ac proinde hic Author male assertus, Trident. suprà legem Ecclesiasticam refutat Clericos ordinatos, & votum ad Regulares professos, quandoquidem per votum præceptum, in ipsius sententia, matrimonium contractum à Regularibus non sit invalidum. Igitur lex Ecclesiastica etiam refutat ad Regulares professos.

Addit autem Trident. Votum; quia multi dicebant, votum solemne ex natura rei dirimere matrimonium; ne ergo illam controveneret pro una vel altera parte definit, dicit sub disjunctione: *Lege Ecclesiastica, vel voto, votum solum definire, sacram Ordinem, & solemnem professionem dirimere matrimonium, sive id fiat per legem Ecclesiasticam, sive ex numero voti solemnis.*

Relicta itaque probatione, petit ex illo loco Conc. Tridentini tamquam minus efficaci; quia hic tantum agitur de obligatio simplicis continentia, que posset sive ex voto immediate, tametsi obligatio continentia dirimenti matrimonium, de qua ibi loquitur Trident. fore ex lege Ecclesiastica.

Principaliter fundatur Conclusio in his Conclusionibus & Decretis Pontificis & Consiliorum in præcedentibus Conclusi, memoria, in quibus hæc obligatio imponitur ab aliis & simpliciter per modum præcepti; sicut per imponuntur alia præcepta, nullâ facultate memoriæ alicuius voti aut promissionis.

Et cum aliunde nulla sit necessitas voti expliciti, vel impliciti; sive ex parte posse Ecclesiæ, nam votum continentia, quod de versarii admittunt Ecclesiæ posse præceptum est æquè difficultas, atque ipsa continentia sine voto; sive ex parte finis illius obligacionis, qui est honestas & decetia statu Ecclesiæ & perfectè obtinetur, si continentia observantem finem voto; videtur hic habere hanc communem dictum: *Frustrâ sit per plena, quamcummodè potest fieri per pauciora.* Ergo frustra Ecclesia præcipit Clerico votum continentia, quæ commodè possit præcipere immediatè, sicut continentiam.

Non quod possit quæcumque absoluere ex concesso, sicut nec potest sic obligare ad votum continentia; sed quod possit obligare illi, qui suâ voluntate & libertate possum ad Ordines promoveri, non cogendo quæcumque ablutè ad suscipiendos Ordines. Semper hanc intervenit liber consensus, si non immensè circa ipsam continentiam, saltem circa fæctionem Ordinis, cui scit, aut saltem scire debet, talen obligationem esse annexum.

Et ideo Episcopus ordinandis in Subdiaconos proponit non votum castitatis; sed simplicem obligationem, dicens: *Edui dilectionem, sive sacram Subdiaconatus Ordines promovendi, item atque iterum considerare debet attine, quod annobus esse appetit.* Hactenus enim libet eis, ita

Vobis pro arbitrio ad secularia vota transire sed si hunc Ordinem suscepitis, amplius non licebit a proposito resire; sed Deo, cui servire, regnare est, perpetuo famulari; & castitatem, illo adiuvante, servare oportebit;

atque in Ecclesia ministerio semper esse mancipatos.

Ubi, ut vides, eisdem verbis denuntiat Subdiaconis ministerium Ecclesiae, & castitatem; sed ad ministerium Ecclesiae non tenentur ex voto; ergo nequead castitatem ex voto, sed immediatè ex præcepto Ecclesie.

Alioquin cur Pontificale seu Pontifex non petret à singulis explicitum votum, sicut petit Superior à singulis Regularibus, dum sollemniter profiteor? Ita argumentatur Aversa supra §. Quare.

Sed respondet quispiam; quia professio constituit essentialiter in tribus votis, paupertatis nimirum, castitatis & obedientiae; quid ergo mirum, si explicita illa vota exigantur in solemnni professione, quamvis absolute sufficere possent implicitè? At vero Ordinatio sacra essentialiter non est votum continentia explicitum vel implicitum, ut omnibus est manifestum, sed unum ex septem Ecclesiae Sacramentis, cui vel Deus, vel Ecclesia annexuit obligationem seu votum continentia. Cur ergo non sufficiunt votum implicitum seu tacitum, id est, quod Ordinatus fecit, aut saltē scire debeat, illi Sacramento esse annexum hujusmodi votum & nihilominus velit illud suscipere & actu suscipiat?

Sanè non video magnam vim illius Argumenti: nisi addatur, quod contingere possit, ut suscipiens sacros Ordines, nihil omnino sciat, ne scire possit de illo voto; & quamvis optimè sciat, aut certè scire possit, absolute tamen nolit vovere: jam autem, ut dicebat Scotus supra: Nullus votens votet nullum; immo non scitum, cum nihil sit volitum, nisi cognitum.

Hinc tametsi aliquis faceret signa tacita professionis, v. g. per triduum getharet habitum profestorum; nisi sciat, illam gestationem esse tale signum, in foro conscientiae non obligatur; ergo similiter in casu nostro, qui cum ignorantia invincibili illius voti, vel etiam cum politica voluntate non vovendi, suscepit Ordinem sacram, non obligaretur ad continentiam.

Ad istud ergo incommode evitandum, videtur plene fuisse conveniens, ut illud votum explicitè à singulis exigeretur, aut certè proponebatur. Cum ergo hoc non fiat, signum est, Ecclesiam ne tacitum quidem votum postulare. Præsentim cùm licet explicitum exigeret, equidem illud inconveniens non evitaretur, quia ad verum votum non sufficit externa promissio, sed maximè requiritur animus internus, qui semper potest absente, tametsi ore verba promissionis proferantur.

Ut ergo etiam tali casu, quando quis absolute nollet promittere continentiam, nihilominus ad eam obligetur; proflus expediens vi-

detur fuisse, quod Ecclesia immediate suo præcepto susceptioni sacri Ordinis annexeret illam præcepter obligacionem; quia tunc ordinatus obligatur iam, hoc ipso, quod vere consentit in ipsam Ordinationem, eo modo, quo obligatur ad recitandas horas Canonicas.

Aliqui, ut hanc difficultatem evadant, respondent; in tali casu obligationem oriri ex immediato præcepto Ecclesiae; feciis quando ordinatus novit votum, & non habuit contraria voluntatem.

Sed contraria facit; quod nuspian in jure inventatur illa distinctio; ergo gratis consingitur; ergo vel omnes obligantur immediate ex præcepto Ecclesiae, vel nullus obligatur.

Dices; inventur illa distinctio in Concilio Trident. sess. 24. can. 9. Si quis dixerit, Clericos Objectio est in sacris Ordinibus constitutus . . . posse matrimonium contrahere, contumaciam validum esse non obstante lege Ecclesiastica, vel voto; anathema sit.

Respondeo ut supra; hic non agitur de simili tantum obligatione continentia, sed de tali obligatione continentia, que sit impedimentum dirimens matrimonium; & definit Trident. hunc effectum provenire, vel ex lege Ecclesiastica, ut communior est opinio; vel ex voto, ut Aliqui docent, presentim de matrimonio Regulatum, de quo etiam ibi agitur.

Alii ergo putant sufficere ad votum tacitum, quod aliquis, sciens obligationem voti annexam, velit suscipere Ordines sacros, tametsi positivè nolit vovere; quia, inquit, haec voluntas est tantum aliqua velletus seu simplex complacencia, quā quidem vellet non vovere, si posset; interim, quia videt, se non posse illam obligationem separare, absolute in eam consentit; sicuti si nollet projicere merces in mare, interim absolute projicit, quia videt se non posse alio medio evitare naufragium.

Respondeo; disparitatem esse, quod illa projectione non possit fieri sine absoluta voluntate projiciendi, ut patet; possit autem quis suscipere Ordines sacros, eti absolute nolit vovere continentiam, dummodo absolute velit suscipere Ordines; adeoque per susceptionem Ordinis non recedit à tali contraria voluntate, sicuti recedit per projectionem mercium.

Suppono autem cum communi sententia, animus vovendi est omnino de ratione & sententia voti, prout votum distinguitur a præcepto, ut nequidem per Deum possit illa voluntas suppleri, ita ut sequatur obligatio fidelitatis, bene alterius virtutis. Unde quod hic queritur est, an qui suscepit Ordinem sacram, sciens obligationem continentia annexam, absque voluntate; immo cum contraria voluntate eam vovendi seu Deo promittendi, si postmodum non contineat, peccet contra votum propriè dictum, & per consequens peccato infidelitatis. Quod ego non puto.

Quidquid videatur dicere Vasquez disp. 247. 1341
§ 555. ti. 98.

An qui nol-
let interius
vovere, si
postmodum
non conti-
nent peccet
contra vo-
tum.
Vasquez.
Cajetanus.

n. 98. & 99. ubi sic ait: Ut votum implicitè ordinatus emittere dicatur, satis est, re ipsa suscipere Ordinem ipsum, si non adit peccatum fictionis, quod artinet ad votum continentia, ut optime docuit Cajet. to. i. Opus. tract. 27. Quia tamen voluntas nullius cogi potest, & voluntate repugnante non conatur emitti votum, ut si quis expressè nollet promittere, neque haec voluntas suppleri possit per legem; dicendum est, eum, qui sic ordinaretur, peccatum peccato fictionis, ut idem Cajet. observavit: quia denotabit exterioris, ipsa Ordinatione se emittere votum, cum tamen revera interioris nollet vovere. Cum vero accederet ad propriam uxorem, vel alienam, peccatum tantum peccato sacrilegii contra id, quod exterioris Deo vovisse visus est, & promisisset: quia id, quod exterioris promisit, deberet eodem modo implere: sicut is, qui juraret falsum in intentione jurandi, & adducendi Deum in testem, nihilominus peccato perjurii peccaret, non suo loco ex mente ejusdem Cajet. dicemus. Haec ille.

Iudicium
Auctoris.

Ego autem dico; quod sicut hic non peccaret peccato perjurii propriè dicto, sed tantum peccato mendacii, & peccato sacrilegii, quando falsitas foret publica; qui saltem exterioris adduceret Deum in testem falsi, quod est contra reverentiam Deo debitam; ita in priori casu accedens ad propriam, vel alienam uxorem, non peccaret propriè contra votum seu fidelitatem debitam Deo; quia revera non foret debita; sed si è promittendo peccavit peccato mendacii, & non servando continentiam solum peccaret peccato sacrilegii contra reverentiam debitam illi statui ex precepto Ecclesiae; vel si nullum preceptum admiseris, audeo dicere, secluso scandalo non peccare.

135. Quid si ali-
quis ignorar-
tur? Vasquez.

Sicut secundum Vasquezum ibidem: si quis alius omnino ignarus, ejusmodi votum emitti solitus, in ipsa Ordinorum susceptione, ita ab Episcopo ordinaretur, ut ab eo votum non exigatur, neque expressè, neque implicitè votum emittere censeretur; sed liber omnino maneret, ut propriam uxorem cognoscere posset: sicut manerunt Subdiaconi in Sicilia ordinati, de quibus loquitur Gregorius in illa Epistola 42. citata. Hec ille.

Utut sit de illis Subdiaconis Siciliæ (qui servabant morem Ecclesiae Orientalis, ut supra diximus, & ideo liberi manerunt, non propter ignorantiam obligationis, sed quia revera non erat obligatio) si verum est, quod ignorantia excusat ordinatum ab obligatione continentia, tametsi exterioris ipsa Ordinatione denotet se emittere votum; quidni etiam excusat interna voluntas non emittingendi votum? Non video disparitatem, nisi quod unus peccaverit peccato mendacii, aliis non, quod parum refert, imd nihil ad obligationem imposterum continendi.

136. Itaque potuit Ecclesia velle obligare omnes

ordinandos, ad emitendum votum in ipsa Ordinatione, aut certè post Ordinationem, si ad vel ex ignorantia, vel ex malitia in ipsa Ordinatione non fecissent; interim quodcum votum factum non est, quāvis peccet ordinatus, non faciendo, peccato sacrilegii, quia id preceptum est in reverentiam status Ecclesiasticus; attenuat fornicatio, aut alijs non continentendo, non peccat peccato sacrilegii, scilicet quocumque alio precepto.

Sicuti qui vovit intrare Religionem, quodcum non intrando peccet contra votum suum, quod usque tamen non intraverit, & emitit factum professionem, fornicando, aut alijs non continentendo, non peccat peccato sacrilegii, sed cum votum suum; quia revera nondum votum Confirmationis emisit, est ex voto teneatur illud emittere.

Et vero putas, si aliquis factè fuisse probatum absque voluntate vovendi, ceteris, inquit, quod in foro conscientiae, factulo scandalo, teatetur ad continentiam ultra alios homines? Communiter DD. non consentit. Cetero, si ordinatus ex solo voto teneatur ad continentiam, & non immediatè ex precepto Ecclesiae, non ausim dicere, eum non obligari ad continentiam, qui nullo modo volunt vovere, tandem v. lucerit suscipere Ordines sacros? Aut dicere, eum non obligari.

Neque satis perspicio, quare Ecclesia debet potius precepto aliquo obligare ad continentiam, qui sacros Ordines suscipere, sed animo vovendi, quam qui exterioris professione solemniter, abique animo intendo proficiunt.

Interim nolo recedere à communione, sed volo omnes constitutos in majoribus Ordinibus observare continentiam, tamen permissivè noluissem eam vovere, ita ut fornicato peccant duplice peccato; uno contra callidum scilicet alii non ordinati; alio contra Religionem, ex cuius motivo Ecclesia præcepit ipsam continentiam.

Unde debet omnino Clericus in his peccatis aprire hanc circumstantiam in Confessione, tanquam mutantem speciem: in tamen ut quando confiteretur alicui, scienti illum esse sacris, eo ipso confiteatur peccatum cum hacten circumstantia, etiam si non distinctius alios recte emplacet.

Dices; in jure lapsus Clerici vocatur similitudiniter fornicatio cap. 9. dist. 8. (quod deinceps datum est ex Concilio Neocalarense c. 3. Regiomonti) uxorem dixerit, ab Ordine sua ille depositus. Quid si fornicatus fuerit, vel adulteriorum committeret extra Ecclesiam abiici, & ad penitentiam intercessum rediga oportet.

Et clarum est. Quia circa 6. de Bigamia libro 3. Sanè postulasti per Sedem Apostolicam edicere, si presbyteri plures concubinas habentes, bigam confessur. Ad quod duximus respondendum, quid causa singularitatem non incurrit bigamia, cum eti. tamen

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 5. 691

quam simplici fornicatione notatis, quo ad executio-
nem Sacerdotalis officii, poteris dispensare.

140.
Relo. ad 1.
tertium.

Resp. ad 2.

Respondeo; in primo textu sumitur hoc no-
men fornicationis, ut distinguitur contra adul-
terium, ut patet ex illis verbis: *Fornicatus
fuerit vel adulterum commiserit.* In secundo vero
textu accipitur pro copula illicita, prout dis-
tinguitur contra copulam etiam licitam, ex
qua incurrit irregularitas bigamiae. An autem
illa copula, prater malitiam fornicationis, etiam
habeant malitiam sacrilegii, ibi non queri-
tur, adeoque ex illis iuribus nihil probatur con-
tra communem doctrinam.

Ceterum tametsi praeceptum continentiae
non distinguat seu superaddat aliam malitiam,
quando fertur ex motivo ejusdem virtutis, v.g.
ex motivo castitatis; attamen quando fertur ex
motivo alterius distinctae virtutis, ut in casu
proposito ob reverentiam divini ministerii &
sacri Ordinis, atque adeo ex motivo Religionis
erga Deum, verè distinguit seu superaddit
novam malitiam, ut alibi latius diximus. Hæc
sufficerent pro veritate Concluſi, nisi opposita
sententia foret magis communis, cuius proinde
fundamenta restant dissolvenda.

Itaque quamplures Theologi ac Iuristæ &
morales Autores annectunt obligationem
continentiae Ordinibus, mediante voto pro-
prio ordinatorum, non quidem explicito &
expresso, sequidem non invenitur talis forma
voti in ritu Ordinationis, sed tacito & implicito,
quod fit opere ipso, nempe reali suscep-
tione Ordinis; sicut & datur professio tacita, quæ
fit opere ipso, complendo annum probationis,
& gelfando habitum, ac exercendo munera pro-
fessorum.

Probatur ex
jure c. 6. de
Cler. con-
jug.

cap. un. de
voto in 6.

Probatur autem hic dicendi modus ex ipso
jure, cap. Cùm olim, 6. de Clericis conjugatis,
ibi: *Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia
votum continentiae non admisit.* Ita Innoc. 3.

Et Bonif. 8. cap. unico de Voto in 6. sic ait:
Presentis declarandum duximus oraculo sanctionis,
illud solam votum debere dici solenne quantum ad post
contractum matrimonium dissolvendum, quod solemniz-
atum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut pro-
fessionem expressam vel tacitam, sicutiam alicui de Re-
ligionibus, per Sedem Apostolicam approbat.

Similiter loquitur Ioannes 22. Extrav. de
Voto cap. unico ibi: *Presenti declaramus editio,*
*quod licet votum solemnizatum per sacri susceptionem
Ordinis &c.*

Accedat auctoritas B. Gregorii, qui scribens
Petro Subdiacono lib. 1. Epist. 42. in fine ait:
Nullum facere Subdiaconum præsumant Episcopi, nisi
qui se vietur casti promiserit. Ita refertur apud
Grat. dist. 28. c. 1.

Et ibidem cap. 3. ex Conc. Tolet. 4. c. 26.
dicitur: *Quando Presbyteri aut Diaconi per Paro-
chias constituantur, oportet eos primum professionem
Episcopo suu facere, ne casti & pie vivant sub Dei ti-
more.*

Magis ad propositum facit, quod ibidem re-
fertur c. 5. ex Conc. Tolet. 2. cap. 1. sub hac
forma verborum: *At ubi octayum decimum aetatis
sue compleverint annum, coram totius Cleri, plebisq[ue]
conspicua voluntas eorum de expetendo coniugio ab
Episcopo perscrutetur: quibus si grata castitatis Deo
inspirante placuerit & promissionem (alijs, profes-
sionem) castimonia sua abique coniugali necessitate spo-
nserint sectatores, hi tamquam appetitores artificia-
m via levissimam Domini iugo subdantur: ac primò
Subdiaconatus ministerium habuit probatione profes-
sionis sue à 20 anno suscipiant.*

Adjungo quod ibidem lego cap. 6. ex Conc.
Arelat. 2. c. 2. *Affiniti aliquem ad Sacerdotium in
coniugio vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit pro-
missa conversio, id est, castitia.*

Omitto alios textus, qui ibidem videri pos-
sunt, & similiter loquantur de Diaconis. Tan-
tum subscribo, quod ex Conc. Carth. 3. c. 19.
refertur dist. 32. cap. 8. *Lectores cum ad annos
puberitatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut
continentiam prosteri, hi videlicet ad Subdiacono-*

natum voluerint promoveti.
Respondetur; per votum & promissionem
seu professionem continentiae in illis iuribus 144.
non aliud intelligi, quam acceptationem obliga-
tionis, ab Ecclesia per modum praæcepti impo-
site, five voluntariam ipsius susceptionem Or-
dinis sacri cum hac obligatione. Et ideo voca-
tur votum implicitum & tacitum, quia licet
non expressione verborum, tamen facto ipso re-
cipitur talis obligatio, & fit talis professio.

Sed quare, inquis, vocatur votum? Respon-
deo; ob similitudinem, quam habet cum voto; 145.
quia sicut ad votum continentiae propriæ di-
ctum nemo potest cogi propter difficultatem &
præstabilitatem illius virtutis; sic etiam nemo po-
test cogi ad susceptionem Ordinis sacri, cui
conjungitur per præceptum obligatio continen-
tie, propter candem difficultatem & præstan-
tiam. Et sicut votum continentiae propriæ di-
ctum pertinet ad virtutem Religionis, sic iti-
dem ad eandem virtutem spectat obligatio con-
tinentiae & susceptionis Ordinis sacri, cui hæc ob-
ligatio per præceptum annectitur.

Igitur ad distinctionem aliorum operum,
v.g. auditio Missæ, lectionis Horarum Ca-
nonicarum, & similium, qua Ecclesia per se
precipit, aut certè præcipere potest, non ha-
bito respectu ad liberum consensum subditio-
rum, quia suâ difficultate non superant com-
moniter fragilitatem humanam; ad differen-
tiam, inquam, illorum operum, voluntaria
susceptionis Ordinis sacri, cum obligatione con-
tinentiae vocatur votum, & professio continen-
tie, ut sic indicetur spontanea & libera omni-
no electio eorum, qui cum sacro Ordine, hanc
obligationem subire consentiunt.

Itaque jura jam citata, vel loquuntur de vo-
to similitudinario, ut patet ex materia subjecta, 146.
& rationibus allegatis pro nostra sententia. Vel loquuntur
de voto,
ceriæ

141.
Sententia
opposita
Conclusio
nisi est con-
munit.

Probatur ex
jure c. 6. de
Cler. con-
jug.

cap. un. de
voto in 6.

142.
Item ex
Extrav.
Ioann. 22.
de voto.

cap. 1.
dist. 2.

& cap. 26.
Concil.
Tol. 4.

similiudi-
nario, aut
particulari
promissio-
ne.

certe de aliqua particulari professione seu promissione continentiae, quæ ob peculiarem aliquam rationem siebat, vel Deo, vel saltem Episcopo ordinanti. Sic quippe Græg. Papa prohibuit, ut deinceps in Sicilia non præsumant Episcopi ullum facere Subdiaconum, nisi qui se vieturum casè promiserit. Non sit, Deo, ut profinde intelligi possit de Episcopo ordinante, ne videlicet postmodum allegarent antiquam Ecclesiæ consuetudinem in contrarium; voluit siquidem Pontifex, ut imposterum Subdiaconi Siciliæ ordinarentur more Ecclesiæ Latinæ, & non amplius more Ecclesiæ Græcæ, quo antea consueverant ordinari.

147.
Explicatur
cap. 10.
Conc. An-
cyranus.

Consimiliter explicari posset, quod statuit Conc. Ancyranum cap. 10. alia 9. (& refertur dist. 28. c. 8.) Diaconi quicunque, cum ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt dicentes, velle se babere uxores, nec posse se contineare, hi si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod bis Episcopus licentiam dederit. Quicunque sibi facerunt, & suscepserunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt.

In quibus verbis nota ly Protestati sunt, scilicet coram Episcopo; ergo ly Tacerunt, & per consequens ly Professi continentiam (utique implicitè per taciturnitatem) intelligi potest de professione seu promissione continentiae facta Episcopo, & non Deo. Volut namque Concilium, ut illi tantum Diaconi obligarentur ad continentiam, qui hoc vinculum implicitè acceptarent, non præcisè per susceptionem Ordinis, sed per propriam taciturnitatem.

Quantum ad Constitutionem Conc. Tole-
tani II. cap. 10. (& refertur dist. 23. c. 6.) Quamquam omnes, qui sacris mancipantur Ordinibus, canonicas regulas teneantur adstricti; expedibile tamen est, ut promissionis sua vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus Ecclesiastica probat (alijs, proelij) disciplina. Solet enim plus timeri, quod specialiter pollicetur, quam quod generali sponzione concluditur.

Ibi planè supponitur obligatio generalis ex communi lege Ecclesiæ: additur autem (inquit Aversa supra §. Et in quibusdam) specialis voti promissio, intelligendo acceptationem eius obligationis: nisi forte in ea Provincia tunc fuerit specialiter requisitum expressum votum, distinctum à communi præcepto. Quid factum, putat hic Auctor, ut sic magis singulis innotesceret ea obligatio, ac deinceps cautoles essent ad eam implendam, ut colligunt ex ultimis verbis: Solet enim plus timeri &c.

149. Interim noto ego, ibi non esse specialem ser-
in quo non monem de obligatione continentiae annexa
videtur esse Ordinibus sacris, sed de obligatione vivendi
termo de
obligatione juxta fidem Catholicam, & reverentiam ac
continentia obedienciam præstandi superioribus Prælatis.
annexa Or-
dinibus facitis.

Ita colligo ex Glossa ibi verb. Quamquam, ubi
his verbis proponit casum istius Constitutionis.

Quasitum fuit in Concilio Toletano; an Clerici, qui
promoventur ad Ordines & Prelatus, promovantur
debeant suis Majoribus vivere iuxta fidem Catholicam,
& eis reverentiam & obedientiam præstare. Et refu-
det: quod quāvis ad hoc tenetaria generaliter, au-
men ab eo exigitur expresse. Solet enim plus
meri &c. & qui contra hoc præmissum (utique Pre-
lato factum, non Deo) venient, iuxta confessum,
nem ponam persolvat. Ita Glossa.

Et patet ex verbis subiectis Concilio
Et idem placuit huic sancto Concilio, ut annulletur,
qui ad Ecclesiasticos gradus est auctorius, non
honoris consecrationem accipiat, quam placuit
(alijs, placita sibi) adiutoriatione, (id est, ser-
tur) promittat, ut fidem Catholicam suam in
devotione custodiens, iuste & p[ro]p[ri]e vire debet, &
nullis operibus suis, canonica regula contrahat,
atque ut debitum per omnia honoret, atque obli-
reverentiam, præsentim sibi amicisque deponat,
iuxta illud B. Leonis Papa octauum Quod si ali-
bus esse prepositum, non moleste fratre, expectare
esse prælatum; sed obedienciam, quamvis, non
ipse dependat.

Itaque hæc Constitutio parum aut nihil
ad præpositum, nisi sub ly Canonis regulam
intelligas regulam seu obligationem communi-
tatis. Et illo admisso, tantum sequitur, quod
Majoribus suis, ut patet ex Glossa, debet
tunc temporis in illa Provincia ordinando,
ante susceptionem Ordinis, confidetur pro-
mittere, propter speciale rationem, quod
non repugnat nostræ sententia.

Et de eadem promissione, homini facies
intelligo can. 5. Concil. Toler. 3. Canonis
est à sancto Concilio Episcopos, Prelatos & Co-
lonos, venientes ex heresi, carnali abusione
uxoribus copulari. Ne ergo de cetero his factetur
quod & canonibus prioribus continetur, ut
ceat eis vivere libidinosâ sociate; sed maneat
eos corrigi ali lege, communam utilitatem habent
non sub uno consclavi maneam. Vel certe si figura
virtus, in alijs domo, sciam uxori faciat hanc
ut castitas apud Deum, & apud homines habatur
monum bonum. Si quis vero post hanc communem
(utique cum homine) obseruat cum uxori
rit vivere, ut neglegit habeat.

Ex his omnibus, scilicet cognoscimus que
in Conclus. addiderim illam particularum, &
causa particulari; quia potuit sic ordinari in
quibus Provinciis, & forte sic ordinari hoc
ut non solùm Episcopo ordinari; sed etiam
Deo ante Ordinationem fieri votum con-
nentem, sic exigente pro tunc bono publico
lius Ecclesiæ.

Omitto rationes, quas adversarii con-
clusionem nostram adducunt; quia pur-
sunt momenti, & iam pro parte eis est invi-
factum. Nam imprimitur: quid legi
carnis in ordinatis non esset diversa species. &
per consequens non haberet circumstantiam ge-
dentem novam speciem, & explicandam in

Sect. 5. De Contin. sacris Ordinum annexa. Concl. 5. 693

Confessione præ lapsu laicorum; præceptum quippe Superioris quando cadit super materiam alias debitam, per se non addit aliam speciem malitia.

Sed ad hoc suprà responsum est; scilicet, etiam præceptum superaddere aliam speciem malitia, quando fertur ex motivo diversæ virtutis.

Inferunt rursùm; ergo si quis simul professus, & ordinatus, carnali peccato delinqueret, præter culpam luxuria, duplēcē aliam incurreret; unam contra votum, & alteram contra præceptum; debetque utramque distinctè in Confessione aperire.

Respondeo conc. totum. Et qui contrarium docent, scilicet satis esse vel exprimere professionem, vel Ordinem, sunt in opposita sententia; puta, quod obligatio continentia sit annexa Ordini ex voto immediate, & non ex præcepto.

Si denique inferant ex nostra sententia: ergo Pontifex posset in illa obligatione dispensare, etiam sine causa, saltem validè; immo in universum eam tollere seu abrogare, quia potest legislator eidem auctoritate, quā legem aliquam condidit, in ea ad libitum dispensare, ac etiam eam in totum abrogare: quod non sic procedit in voto. At consequens planè videtur absurdum & magnum aditum aperire ad hujus tam sancte institutionis dissolutionem.

Respondeo; estò obligatio annexa esset ex voto cùm id solum proveniat ex lege Ecclesiæ, posset Ecclesia legem illam validè tollere sine justa causa; quā utique sublatā, qui suscipiet Ordines, nullatenus obligaretur, etiam ex voto, ad continentiam; sed posset validè & licet inire matrimonium, & in eo petere & reddere debutum.

Deinde; potest Pontifex facere, ut jam ordinatus cum voto continentia, nihilominus validè contrahat matrimonium; & per consequens, in eo licet reddat debitum, auferendo scilicet legem suam, quā irritavit matrimonium ordinati, ut suo loco diffusus explicabitur. Sed hoc non est absurdum, nec aditum aperit ad hujus tam sancte institutionis dissolutionem; ergo nec istud, quod sequitur ex nostra sententia.

Probatur Minor: quia ut aditus maneret oculus, sufficeret, quod Pontifex non posset hac facere licet sine justa causa; sed quod graviter peccaret, propter maximum scandalum, & confusionem, quam inferret Ecclesiæ. Sanè non est presumendum, quod Spiritus sanctus, cuius providentiâ regitur Pontifex, maximè in iis, que spectant bonum totius Ecclesiæ, permitteat aliquando tantum scandalum & confusionem.

Ceterum ex justa causa posset Pontifex concedere dispensationem, sive in præcepto, sive in voto isto; quā dispensatione facta, Clericus dispensatus, non solum validè, sed etiam licet in

trahit matrimonium; eoque utitur petendo, sive in voto isto ex justa causa.

Arque tales dispensationes aliquando videntur, non tantum ex causa boni publici & communis, sed etiam ex causa boni privati & specialis ejusdem Clerici; estò Aliqui doceant, semper requiri causam publicam, eo quod nequeat bonum privatum tanti momenti concurrens, quantum opus est, ut tanto malo scandalumque publico valeat comparari, quantum ex matrimonio Clerici sequeretur, quodque compenset tantum bonum, quantum est Clericorum continentia. Ita Sanchez lib. 8. de Matr. dis p. 8. n. 2. *Sanchez*.

Respondeo; quāvis hæc ratio obtineret in Clerico Sacerdote aut Diacono, tamen in Subdiacono videtur posse aliquando occurtere bonum privatum tanti momenti, quanti opus est, ut valeat comparari malo & scandalum publico, quod ex matrimonio talis Clerici sequeretur; quodque compenset tantum bonum, quantum est talis Clerici continentia. Et ideo frequenter cum Subdiaconis dispensatur, rarius cum Diaconi, rarissime cum Sacerdotibus. Quod enim quisque magis consecratus est Deo, eo videtur exigī major causa ad dispensandum; quia eo majus oritur scandalum, & maius bonum est continentia.

Si autem à me queritur; an ergo nullum sit discrimen in dispensando, si obligatio sit ex præcepto; aut ex voto? Respondeo citius, forte aliquod esse; puta, quod si obligatio tantum sit ex præcepto Ecclesiæ, id est, ipsius Pontificis, tametsi Pontifex sine causa dispensaret, nihilominus posset dispensatus licet uti tali dispensatione, contrahendo matrimonium, & petendo ac reddendo debitum; quia revera vinculum præcepti ablatum est, et si non sine gravi peccato Pontificis.

At si obligatio sit ex voto, cùm dispensatio in voto sine justa causa sit invalida, peccaret Clericus sic dispensatus contrahendo matrimonium & petendo debitum; posset tamen reddere debitum, quia matrimonium foret validum, cùm invaliditas non oriatur præcisè ex voto, sed ex lege Ecclesiastica. Talis ergo ita se deberet gerere, ac si cum voto simplici castitatis matrimonium contraxisset; quia dispensatio solum abstulit solemnitatem voti, non autem absolutam obligationem; abstulit iritationem dumtaxat matrimonii, non autem prohibitionem; sicutque dispensatio valida quantum ad constitutendum matrimonium validum; secundum quantum ad reddendum matrimonium licitum.

Ceterum, dato hoc discrimine, nullatenus est absurdum, quod Clericus dispensatus sine causa, licet utatur dispensatione; scuti nullatenus est absurdum, quod Clericus dispensatus sine causa, in lectio horarum Canonistarum, licet eas non reciteret.

Dixi: Dato hoc discrimine: quia in primis dicitur, sive in voto isto ex justa causa.

154. Pontifex potest facere, ut ordinatus validè contrahat matrimonium, & auferendo legem ita. *Pontifex*

155. Immo potest absolu-

tè dispensa-

re, sive in

præcepto,

694

ego teneo, etiam dispensatio in propria lege
sine justa causa, est invalida; quāvis abroga-
tio valeat, & ita ex hac parte adhuc esset aliquod
discrimen.

157.
An Pontificis
fex sine
causa possit
validè dis-
penſare in
ſuo voto.
Aversa.

Deinde Aversa ſuprā §. *Solum ergo*, dicit, quod quāvis in voto merē spontē emiſſo, non
valeat dispensatio ſine justa cauſa, & per confe-
quens non liceat uti tali dispensatione: attamen
quando votum iſum emittitur ex p̄cep̄to Superioris,
dici, inquit, potest, ita manere sub
potestate ejusdem Superioris, & ita elle inter-
pretandum dependere ab illo, & cum hac in-
tentione esse emiſſum à vovente, ut poſit ita
ab eodem Superiori dispensari & relaxari, ſicut
poſet p̄ceptum iſum Superioris, cadiſ ſu-
per eandem materiam. Et ſic eſt in p̄ſenti ca-
ſu, ubi votum continentia in ſacra Ordinatio-
ne diceretur emitti ex p̄cepto & iſtituto iſu-
ſus Eccleſia ſeu Pontificis. Hac ille.

Sed quia nullum pro hac nova opinione ci-
tat Auctorem, & de illa intentione voventis
nobis non ſufficienter conſtat, neque talis in-
terpretatio ſatis fundata appetit; nequaquam
ei ſubſcribimus, & eadem facilitate ac ſolidi-
tate dicimus; Superiori in hoc voto nihil am-
plius poſſe, quām in aliis votis, factis abſque
eius p̄cepto; quia p̄ceptum voventi non
poſteſ mutare naturam voti, nec minus ius ac-
cipit Deus ex illo voto, quām ex alio quoquā-
que; & ideo non magis poſteſ Superiori tollere
iūs, quod Deus habet ex illo voto, quām ex
alio quoquāque.

158.
An Confes-
ſarius deter-
minate ſcire
debeat,
quam ex
hiſ duabus
ſententiis
Clericus te-
near
Genitick.

Atque hic foret finis hujus Concluſi, niſi ali-
quis Confessarius me interrogasset; an dete-
minatē ſcire debeat, quam ex hiſ duabus ſen-
tentiis Clericus teneat, dum conſtitetur pecca-
tum carnis; nam ſi putavit, ſe obligari ex p̄-
cepto, jam alio ſpecie peccato peccavit, quām
iūſ putaret, ſe obligari ex voto.

159.
Reſoluſio
Authoris.

Et quid ſi tenuiſſet ſententiam Coninck
disp. 20, de Sacramento Ord. n. 130. p̄tā,
Clericos obligari tum ex p̄cepto, tum ex
voto? Nam licet communiter rejiciatur, eō
quod multipliſ obligations, & per confe-
quens peccata ſine neceſſitate; fieri tamen po-
teſt, ut quis ei mordicus adhæreat, & per con-
sequens, peccet dupliſ peccato, ſaltem propter
conſcientiam erroneam; cum alii ſolū
peccasset unico peccato. Quid ergo faciendum
mihi, inquit, dum audio Clericum ſimpliciter
conſidentem peccatum carnis? Interrogabo eum,
quām ſententiam ſequatur?

Puto; non eſe in illa re ſcrupulizandum,
cum Clerici, dum actualiter peccant, non ſo-
leant apprehendere, niſi ſpecialē aliquam ob-
ligationem ratione ſtatū ſui, ex quoquāque
deum capite illa oriatur; & credo, quod quam-
plurimi ſint, qui nihil ſciant de hac diuerſitate
ſententiarum; & ſi ſcirent, indubie vellent mi-
nor, quo poſſunt, peccato peccare, & non duo-
bus, ſed unico.

Sufficienter ergo conſtitetur Clericus, dum
ſtatutum ſuum explicat; quo intellexit, poterit
Confessarius ſecundūm diverſas ſententias, pan-
dicas, formare judicium de specifica malitia
illius actū. Et aliuſde partim refert in ordine
ad imponendam condignam ſatisfactionem,
quam ſententiam ipſe ſequatur, aut etiam Cle-
ričius fuerit ſecutus; cum utrumque peccata
ſit equalis, aut ferē equalis gravitas. Ratifi-
cum autem eſt, quod velit dupliſ peccato po-
care, ſecundūm ſententiam Regū, quando uni-
tum adhuc nimium eſt.

Igitur, niſi expreſſe Clericus ſe determinet
ad unam, vel alteram ſententiam, videtur ful-
cere, ſicut statim dixi, quod explicat ſtatutum
ſuum; & Confessarius non tenet uterum
interrogare, led poſteſ judicium formare de eo,
quod minimum eſt; cum indubie peccator hoc
conſentiat intendere, dum expreſſe non iſtēt,
quod magis eſt.

Hanc doctrinam, quia non invento in alio
Auctore, lubens ſubjicio correctioni doctiōnū,
paratus illis ſubſcribere, li quid neſi occur-
rit.

Interim procedam ad ultimam diſputationem
hujus Disput. Et quā illa? Utrum obligatio
continentia ſe extendat etiam ad inviſi ordinan-
tos, vel ante aetatem; aut vi & meru. Ad dea-
priora partes Repondeo:

CONCLVSI O VI.

Obligatio continentia non exten-
dit ſe ad invalidē ordinatum;
ut nec ad ordinatum non
iūſum rationis, niſi poſt iūſum
rationis Ordinem ſuſcep-
rat. Quod debeat ratificare
poſt annos pubertatis non lo-
conſtat.

Prima pars Conclusionis intelligitur de
valide ordinato, ex quoquāque defi-
proveniat invaliditas, & ex quoquāque re-
dicatur oriſ obligatio continentia, in
invalidē ordinatus, ſive ex defectu matricis in
formae, ſive ex defectu intentionis po-
tentiis in ministro, non tenetur ad contumaciam
neque ex p̄cepto Eccleſia, neque ex romano
ſolemini, aut etiam ſimpliſ; fed poſſit, ſed
ſemper ſcandalō, matrimonium contrahere, &
contracto uti petendo ac reddendo debitorum.

Hac eſt communis ſententia tam Iurisper-
torum, quām Theologorum, paucis le oppo-
nentibus; qui autem, manere obligatiōnē
voti ſimpliſ, quando ordinatus proſequit
iā fide, argumento cap. uocī de Difponim-
entia pub. in 6. ibi: Per dictum tamen conſideraſſe ſolū
ſententiam ſequatur.